

*Octauj*

facta magis eius appetūt. que humana  
miratur infirmitas. non imitancur pietā  
tem qua diuina requies comperatur.  
**D**icitur enim superbe hoc posse quod an  
gelus. q̄ deuote hoc esse quod angelus.  
**N**on enim sanctus quisq; potestate sua  
gaudet. sed eius a quo habet posse. q̄c;  
quid congruenter potest. **E**t nouit po  
tentius esse coniungi omnipotenti pia  
voluntate. q̄ propria voluntate posse.  
qd̄ contremiscant. qui talia non possunt  
**I**taq; ipse dominus ihesus xp̄us talia  
faciens. ut mirantes doceret ampliora  
et temporalibus insolitis intentos atq;  
suspenso. ad eterna atq; interiora cōuer  
teret. **V**enite inquit ad me omnes qui  
laboratis et onerati estis. et ego refici  
am vos. tollite iugum meum super vos  
**E**t non ait. discite a me quadriduanos  
mortuos suscitare. sed ait. discite a me  
quomāz misericordia sum et humiliis corde. po  
tentior est enim et tunc solidissima hu  
militas. q̄ verosimilis celsitudo. et id  
sequitur. dicens. et inuenietis requiem  
animabus vestris. **D**ilectio enim nō in  
flatur. et deus dilectio est. et fideles in  
dilectione acquiescent illi. reuocati ab  
strepitu qui foris est. ad gaudia silentia  
**E**cce deus dilectio est. vt quid imus et  
currimus in sublimia celorum. querentes  
eum qui est apud nos. si nos velim⁹ es  
se apud eum nō nō dicit. nō nouit quid  
diligam. **D**iligat fratrem. et diligit ean  
dem dilectionem. **M**agis enim nouit dile  
ctionem qua diligit. q̄ fratres quem di  
lit. **C**at vñ

**E**cce iam potest notio rem deum  
habere. q̄ fratrem. plane notio  
rem. quia presentiorum. Notio  
rem. quia interiorum. notiores. quia cer  
tiorum. **A**mplectere dilectionem deum.  
et dilectione amplectere deum. **I**psa est  
dilectio que om̄is bonos angelos et om̄is  
nes dei seruos consociat vinculo sancti  
tatis. Nosq; et illos coniungit inuicem  
nobis. et subiungit sibi. **Q**uanto igitur

lamo res sumus à timore superbie. tan  
to sumus dilectione plenos. et quo  
nisi deo plenus est. qui plenus est dile  
ctiones. **A**t enim caritates video. et quā  
tum possum eam mente conspicio. et ce  
do scripture dicenti. quoniam deus ca  
ritas est. et qui manet in caritate. i deo  
manet. **S**ed cum illam video. non in ea  
video trinitatem. immo vero vides tri  
nitatem. si caritatem vides. **S**ed com  
monebo si potero. ut videre te videoas.  
assit tantum ipsa. ut moneamur caritate  
ad aliquod bonum. **Q**uia cum diligim⁹  
caritatem. aliquid diligentem diligim⁹  
propter hoc ipsum. quia diligit aliquid  
**E**rgo quid diligit caritas. ut possit euā  
ipsa caritas diligere caritas enim non est  
que nichil diligit. **S**i autem seipsum di  
ligit. diligat aliquid quod oportet. ut  
caritatem se diligat. **S**icut enim verbū  
indicat aliquid. indicat etiam seipsum.  
sed non se verbum indicat. nisi se aliqd  
indicare indicet. **S**ic et caritas diligat  
quidem se. sed nisi se aliquid diligenter  
diligat. non caritatem se diligit. **Q**uid  
ergo diligit caritas nisi q̄ caritate dili  
gitur. **I**ndicem ut a proximo proueha  
mur frater est. **D**ilectionem autem fra  
ternam quantum commendet iohannes  
apostolus attendamus. **Q**ui diligit in  
quit fratrem suum in lumine manet. et  
scandalum in eo non est. **S**anctum est  
q̄ iusticie perfectionem in fratribus dile  
ctione posuerit. **N**am in quo scandalum  
non est. viuq; perfectus est. **E**t tamē vi  
detur dilectionem dei tacuisse. quod  
nunquam faceret. nisi quia in ipsa fra  
ternā dilectione vult intelligi deum.  
**A**perteſſime enim in eade epistola pau  
lo post ita dicit. **D**ilectissimi diligamus  
inuicem. quia dilectio ex deo est. **E**t om  
nis qui diligit. ex deo natus est et cog  
noscat deum. qui non diligit. non cog  
nouit deum. quia deus dilectio ē. **I**sta  
conterio satis aperteq; declarat. eandē  
ipsam fraternali dilectione. **N**am fraternali  
dilectio est. qua diligimus inuicem. et